

rung und Kleidung hinaus bleibt mir nichts; dagegen ist der Arbeit so viel, daß auch der Stärkste erliegen möchte. Ich sage Dir besten Dank und wünsche, wenn auch den Dienst nicht vergelten, so doch die dankbare Gesinnung beweisen zu können. Mein Sohn¹⁾, den meine Gattin von dort mit sich genommen hatte, ist kurz nachher zu Christus, an den er glaubte, eingegangen. Lebe wohl; auch meine Gattin sagt Dir Dank und wünscht Dein Wohlergehen. Grüße Deinen Bruder und alle Prediger von uns.

Tiguri tredecima Ianuarii anno 1529.

II, 379.

134. Urbanus Rhegius an Ambrosius Blaurer.

Augsburg 1529 Januar 22.

[Sein Streit mit Eck. Mahnung zur Strenge gegen Hetzer.]

Gratiam et pacem in domino, frater charissime. Vidi literas tuas et Eccii armaturam²⁾. Nihil novi profert homo; curavi autem, quantum mea mediocritas potest, ut intelligat se non esse plane invictum; nam libris, quos sic iactat, respondi, non Ecciano more, id est mordaciter et scurriliter, sed modeste et graviter. Iudicium penes eruditos esto. Quibus si non satisfeci, non tamen displicebit conatus. Ante triduum hoc scripsit ad me Eccius literas, immo maledictiones, quibus nihil in vita vidi virulentius; nam audierat excudi apologiam meam. Hic videres minas et Moabiticam superbiam hominis insani: rotas, ignem, gladios et omnia suppliciorum genera mihi et mei similibus minatur. Hetzerum aiunt contra Christi divinitatem scripsisse abominandas impietates; queso, frater, eradica plantationem hanc pestilentissimam, ne dent hæc contagia labem. Præsagiiit animus meus iam olim Hetzerum fatali nomine sic vocatum nihil aliud quam certam ecclesie perniciem moliri. Non erat tantum temporis, ut scriberem latius. Vale, frater optime. Ex Augusta 22. Ianuarii anno 1529. Urbanus Rhegius.

II, 381.

135. Johannes Zwick an Ambrosius Blaurer.

(Konstanz) 1529 Februar 6.

[Bericht über Hetzers Tod. Maßregeln des Rates gegen fremden Kriegsdienst. Konrad Zwick ist mit Beseitigung der Unzucht beauftragt. Margareta Zwick. Nachrichten aus Basel und Straßburg. Entfernung der Bilder aus der Kirche St. Stephan. Grüße.]

¹⁾ Er hieß Felix, s. Kirchhofer, a. a. O., S. 62 und 82.

²⁾ Eck hatte anfangs Januar an den Rat von Memmingen (wo Blaurer noch bis in den Februar hinein blieb) eine Schrift zur Verteidigung des Meßopfers gesandt, s. Dobel, a. a. O. II, S. 75.